

A **REVERERE, LUSTRARE.**
In lustratione militari coronas ducibus dare solebant. Hinc omen necis C. Cassio, cui in campis Philippiis co-
topiam licitor oberfuum obtulerat. *Plut. in Bruto.*
I **INSTRUERE.**
Acie instruenda rationem *Alex. lib. 4. cap. 7. tradit.*
Piscis mos erat, ut vates aciem præcederet, lauro coro-
natus, ac facem gestans. Ab hoc belli vim abstinebant
utrimque, quod nefas ducerent, in virum factum ferrum
stringere. Proinde si crudelem aliquam stragem significa-
re vellent, neignifero quidem parcom abebant. *Erasm. in
Adag.*

D **DIMITTERE.**
*Beneficarij dicebantur Milites Rom. qui vacabant muneris be-
neficij contrario Manifices vocabantur, qui non vacabant,
sed munus Reip. faciebant.* Ex Festi lib. 2. Hotom. de Ver-
bis juris.
Tria fuerunt missionum genera, quibus milites exauctora-
bantur. Honesti, cum emeritis stipendiis, & sanctis com-
modis missionum, vacationis munere donabantur, quo
tempore scuta, gladios & arma dicabantur Laribus, sicut gla-
diatores Herculi, quod diis iuvantibus perfuncti militia, ru-
dem accepissent: quod missionis tempus militi quinque-
nario erat definitum. Alii, nisi decima stipendia meruissent,
missionem petere neminem putarunt posse. More tamen
Romano, militare Sacramento in undecimum diffunde-
batur annum: quo exaucto, militi perfunctis missio dabatur.
Deinde ut 16. annus stipendii finem faceret, Tibetio impe-
rante cautum fuit, qui etiam militia tempus ad 20. annum
propagavit, cavique, ut nisi post 20. annum missio militi
non daretur. Prætoriana vero cohortes, nisi annis sedecim
militassent, ad Penates & domesticos Lares non remit-
tebantur. Apud Assyrios autem Ninus, Semiramidis fili-
us, annis singulis copias Sacramento solutas domum re-
misit: rursus novos milites militia Sacramento, nullo præ-
stituto tempore, adiecit: quostamen ultra annum militia
nunquam adscripsit. Causaria vero missio dicitur, cum se-
necta aut valetudine adversa, virtiove corporis, domos vel-
lent aut res invivere suas, vel viribus parum validi, minus
idonei muneribus essent. Ignominiosa, quæ & probrofa
dicitur, quum miles ob delictum & grave crimem, quibus
res agit (ut quia transfuga, desertor, aut fugitivus argui-
tur, vel timide & diffidenter cum hoste congregitur) igno-
minia notatus, militia exauctoratur: in qua re licet ani-
madvertere, quod si tribunus militem exauctorasset, hoc
est, insignia militaria ademisset, infamia quoque affectio
videbatur. *Alex. lib. 6. cap. 22. ex lib. 13. §. 2. ff. de re milit.*

C **CASTIGARE.**
Mos fuit Equitibus Rom. ut equum in forum ad censores addu-
cerent: enumeratisque singulis ducibus & Imperatoribus
sub quibus meruissent, ac reddita militia ratione, peterent
vacationem. Ibi & honos habebatur & ignominia pro-
culque vita acta. *Plut. in Pompejo.*

S **SYRACUSANIS MOS ERAT,** ut Hipparchi, hoc est, equitum
præfecti in tabellis describerent militum nomina, qui ordi-
nem deseruissent. *Zenodot. Hefychius* indicat, apud Lacedæ-
monios Hipparchum dici, qui juvenibus præfectus esset.
Is in tabula notabat eos, qui quippiam indecorè fecissent.
Hinc Proverbiū: *Ἰππάρχων τιναξ*, id est, Hipparcho-
Drum tabula, quoties haud impunè futurum significamus, si
quid peccetur. *Eras. in Adagij.*

V **VITIS, bacillus vitensis, quo Centuriones ferire milites,**
quum quid peccassent, solebant. *Mac. l. 13. §. 3. ff. de re mil.*
Eum qui centurioni castigare se volenti resistit, veteres no-
taverunt: si vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria
fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. *Plin.
lib. 14. cap. 1.*

C **CUM inter tyrones Sempronius Cælian. duos servos in-
venisset, re Cajo Plinio Proconsul nunciata, ideo Plinius
supplicium distulit, quod si nondum Sacramento militari in
numeros, & ordines distributi essent: Itaque non videtur mi-
litasse, nec adversus disciplinam offensivisse. Ergo consultus
ab eo Imp. rescriptis his verbis: Trajanus Plinio: Secundum
mandata mea fecit Sempronius Cælian. mittendo ad te
eos, quibus cognosci oportebat, an capitale supplicium me-
ritum videantur. Refert autem, voluntarii se obtulerint,
an lecti sint, vel etiam vicarij dati. Si lecti sunt, inquisitor
peccavit: si vicarij dati, penes eos culpa est, qui dederunt:
si ipsi non in certis sue conditionis, sese obtulerunt, animad-**

vertendum in cas erit. Neque enim multum interest, quod E-
nondum per numeros distributi sunt. Ille enim dies, quo pri-
mum probati sunt, ab his veritatem originis suæ exegit. *Plin.
lib. 10. Epist.*

I **INIMICORUM, VERBI CAUSA COLLOQUI**
CUM HOSTIBUS.
Apud Græcos, nisi præconibus adhibitis, legatos minime
hostium fines ingredi decebat, neque legationis munere fun-
gi quæquam, ni prius insula aqua, ab eisdem manus ab-
lissent, lavatique coronatis poculis propinassent. *Alex. ab
Alex. l. 5. c. 5.*
Cum Carol. Burgund. Dux Nanfentium, quod defecerat,
obfideret, nobiles aliquot Lotharingi conabantur in oppi-
dum ingredi, forsiter quidem alii: sed ex iis capti fuerunt
nonnulli, è quorum numero fuit Provincialis quidam Gi-
fronius, quo tanquam intermucio & interprete utebatur
Campobachus ad Lotharingum in iis, quæ cum ipso com-
municaret. Eum illic suspendi jubet Carolus, affirmans,
quod simulatque circumfessum est à Principe oppidum ali-
quod, & tormentis oppugnatum: si quis tum in illud in-
gredi, & obfessis opem ferre fudeat, hoc ei esse capitale. F
Hanc dicebat esse militiæ legem. Verum ea non est apud
nos usitata, quamquam alioqui nostra bella sunt graviora Ita-
licis & Hispanicis, quibus in regionibus ea locum habet.
Philipp. Com. 7. Comm.

L **LOCO SE CONTINERE.**
In castris Romanis, postquam vallo fossaque communia
sunt, equo insidens miles, nisi cum acie dimicandum foret,
haud facile persequitur: neque longius à tubæ auditu, nisi
Imperatoris aut tribuni iussu, militi extra munimenta abire
licuit: qui contra fecerat, in eum militaris animadversio
erat. Idque idè cautum, ne vadi milites solutiore cura ob-
ambulantes, in hostili solo temerè progressi, cadibus essent
& periculis obnoxii. *Alex. lib. 1. cap. 12.*

E **ERAT Rom. militia vetus constitutum, ne miles sine com-
meatu ab signis abiret, neve præsidio decederet, neve locum
linguat, aut è castris esugiat, nec discedat longius: sed ex-
plorat, & sub signis atque subsidiis positos, non modo in
aciem prodeat, sed lignatum & pabulum vadat: omnia
denique velut si coram hoste causa prævisaque sint: utque
militis die simul ac noctu iuxta parati instructique ad nu-
tum imperiumque præsto sint. Qui contra fecerat, aut
ignominia notaque afficiebatur, aut severa correptione ca-
pite luebat. *Alex. lib. 1. cap. 20.***

P **PUGNARE.**
Nemini in Romana militia extra ordinem, etiam in pro-
vocantem, contra imperium pugnare licuit. Item Macedo-
nibus, quibus in iussu ducis, aut arma capere, aut in ordines
ire videbatur, nisi militari Sacramento miles adscriptus fu-
erit, hostem gladio petere, aut militare, minime fas erat: per-
indèq; in eum militaris animadversio fuit, qui hostem militiæ
sacramento non adscriptus occideret, aut qui classico revo-
catus, tardius pareret, quam qui civem aut socium iniuria
occidisset. Idè laudasse Cyrus dicitur militem, qui hostem
interfecturus gladium eduxisset, classico recepto au-
dito, lectum cohibuit, & hostem dimisit. *Alex. lib. 1. cap. 20.*

D **DIRIPERE.**
Apud Rom. mos erat, militaris, ut si qua civitas vi sub-
acta, hostili incursu diripienda foret, à duce exercitus edi-
to in loco hasta poneretur, qua significatione illam non edi-
tione & pacto, sed tanquam vi captam diripi licere, H
& in bona & personis grassari designabat, quæ hasta Cruen-
ta nuncupatur. Nam captas, non deditas urbes, diripi ve-
teres volvere. *Alex. lib. 3. c. 16.*

*** DE BELLO, ET BELLICIS REBUS**
APOTHHEGMA.
Archidamus, in bello Peloponnesiaco focis rogantibus,
quanta pecunia futura esset satis: ac postulantis, ut tri-
butorum certum modum præferberet: Bellum, inquit, non
quærit definita. Significans, eos qui bellum suscepunt,
oportere per omnia servare belli necessitatibus, quantum nul-
lus est certus modus, quod variaz sint bellorum præter ex-
pectationem occasione. *Plut. in Apoph.*
Pausanias, post victoriam à Medis apud Platæas repor-
tatam, præcepit suis, ut apponerent cenam Persicam, quam
sibi barbari prius apparaverant. Ea cum esset opipara, ac
sumptuosa: Lucro, inquit, erras, o Persia, qui cum tantas ha-
beres delicias, ad nostram veneris mazam: id erat panis genus
contemptum ac vulgare. Admonuit, nullissimum esse locu-
pietes pugnare cum his, quibus non multum est, quod cri-
pia-

A **PIATUR.** Erenim si feliciter cedat Matris alea, exile lucrum
est: si nec fecus, ingens est damnum. *Erasm. lib. 4. Apoph.*

Q **FLAMINIUS, in Philopemenem Achaorum ducem, qui
multos habere equites & pedes armatos, sed pecuniarum
indigum, Q. Flamin. ita ludebat: Philopemenem, in-
quiens, manus habet & crura, ventrem non habet. Ac tali
quidem specie corporis erat Philopemen. Quintius autem
equites ac pedes armatos, manus & crura appellabat: sed
quoniam non habebat, quod aleret militem, negabat illum ha-
bere ventrem. *Plut. in Rom. Apoph.***

C **MARIUS MILLE CAMERINOS, qui se in bello adversus Cim-
bros strenuos viros præstitissent, honore Romanis æquavit,
idque præter omne jus. Ad eos verò qui factum hoc repre-
hendebant, respondit, se ab omni strepitum, legum vo-
cem non potuisse exaudire. Nihil aliud nimirum innuit,
quam leges semper silere inter arma. *Plut. in Rom. Apoph.***

C **CÆSAR, Metello obfidentem, ne pecunias ab æratio tol-
leret, ac leges id fieri vetantes proferent: Non idem, inquit,
armorum, ac legum tempus est. Quod si hæc pati non pos-
set, nunc quidem hinc abfcedere: ac postquam peractis for-
deribus alea deposuerimus, tunc, si videbitur, & plebis pa-
tronum age. *Plut. in Rom. Apoph.***

A **ANTIFENES, quum quidam dixisset, pauperes interire in
bello: Imò plures tum sunt, respondit. Stob. ferm. 48.**
Diogenes, Philippo cum Græcis pugnaturo, in eius castra
pervenit: perducitur igitur ad Philippum, ac rogatus, num specu-
lator esset? Stultitiam, inquit Diogenes, vanitatisque tuæ sum
verus speculator, qui cogente nullo, de vita & regno velut
ad casum aleæ periclitaturus venis. Utinam hodie audirent
Diogenem ita loquentem tertium principes: qui sepepe-
mero nulla urgente necessitate, propriis simulati affecti-
bus, bella cruentissima & pliquam civilia suscipiunt in
magnam suorum perniciem. *Brison. lib. 3. cap. 15.*

A **ANTIGONUS, Sophistæ cuidam librum de iustitia conscri-
ptum portigenti: Desipis, inquit, qui cum me videas alienas
urbes armis vexantem, tamen apud me de iustitia discer-
tis. Senit, eos qui ditionis ampliandæ, gloriæque causâ bel-
lum inferunt alienis civitatibus, non posse tueri iustitiæ leges.
Eras. lib. 4. Apoph. ex Plut. Idem olim hostibus ingruentibus
cedens, dixit se non fugere, sed utilitatem retrò sitam persequi.
*Stob. ser. 52.***

C **LAMACHUS præfectum quandam manipuli peccantem re-
prehendebat, & cum ille diceret, posthac se nunquam simi-
liter peccaturum: Non licet, inquit, in bello bis delinque-
re. *Plut. & Stob.***

A **ANTIGON, interrogatus, quomodo hostes aggrediendi essent?
respondit, Aut dolo, aut vi, aut aperte, aut per insidias. Stob.**
Themistocles in Eretrienses ita cavillari solebat, ut diceret
eos similes piscium, qui gladioli vocantur: quippe qui gladi-
um inferunt alienis civitatibus, non posse tueri iustitiæ leges.
Notans illorum ignaviam, quod armatis non esset animus. *Plut.*

A **ANIMOS. Plut. in Lac. idem, percontanti cuidam, quamobrem E-
omnium Deorum statua: apud Lacedæmonios ponerentur
armata? Ne, inquit, probra, quæ ob ignaviam faciuntur in
hominem, ad Deos referamus; neve juvenes, nisi armati
Deos comprecantur. Eo commento civium animis hanc
opinionem infingere studebat, Diis gratiam esse fortitudinem,
invivam ignaviam: simulque juvenentem armis ferendis de-
bere assuetudine, quò simul & minus indulgent delictis, &
utiliores bello evaderent: sine religionis quidem causa fas
esset arma ponere, cuius obtentu ferè solet otium & luxus
in civitates irrepere. *Plut. in Lac.***

A **ARCHIDAMUS ZEUXIDAMI F. cum in bello vidisset jaculum,
catapulta mittendum, eo tempore primum ex Sicilia adduc-
tum, exclamasse dicitur: Hercules, perit viri virtus. Quo
dicto innuere voluit, fortem virum vix ab ignavo in strage
posse dignosci, si tormentis bellicis, non manu, res gerit-
tur. *Plut. in Lac. Apoph. Stob. ferm. 49.***

R **UDOLPHUS Imp. Austriacus, dum victum à se Bohemiam
Regem excepturus, fidemque ab eo accepturus esset, moni-
tus se regio culta trabeaque adornaret, cò quòd Bohemus se
splendida veste foret exhibiturus: tendens, Abiit, inquit, Rex
Bohemiam: toties meam gryseam togam explorist: nunc illa
ipsummet explodet, & ad suos convertas? Vos, inquit, arma
& equos expedite, accinctique & instructi ut ad pugnam
state. Deus Teutoniarum armorum, non vestium, adven-
sus istis ostendit, hoc me vobisque dignum. *Refert L. Lipsius
Monit. Polit. lib. 2. cap. 17. Beyerl. in Apoph.***

A **ANTONIUS à Prato Cancell. fenserat identidem belli in-
commodum summetiam, a se se commodum. Nam Francisco
I. Gallis imperante, quidam Mediolanum funditus diruen-
dum fudebant, ad quod Cancellarius; Mimis: non redè
illud, inquit: quin potius, ut vitiosum humores è corpore
pharmaco pellantur, ita bello Mediolanensis Gallia ab im-
probiorum face purgabitur. *Egid. Corroz.***

H **IEROGLYPHICA.**
Primum omnium Equi Hieroglyphicum Belli signum est,
clarissimo Virgilii testimonio dicitur:
Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
Et duelliam equorum prolem Lucrætius appellat. *Pier. Val.
l. 4. Bellum etiam hieroglyphicè significabat Arias, qui tan-
tum ferocitatis habet, ut simul ac cornua accreverint, pu-
gnacissimus fiat: neque alios tantum sui generis læcessit, sed
homines etiam impetit, atque in bellum provocat. Olim et-
iam indicitari bellum cupiam Arietem per feracem præmit-
tebant, quem in hostium fines immitterent. *Pier. Val. l.
10. Sagum quoque, cum militare omnino idè indumentum,
cujus scilicet usus expeditorem ad itinera & negotia homi-
nem reddit, pro bello positum est. *Pier. Val. ad. Apud
Carthaginens. genus intractabile bello, Hæta, belli erat indi-
cium. Hinc quum bellum velle, eum Romanis professuri
essent, Roman ad eos hastam suæ voluntatis signum mife-
runt. *Pier. Val. lib. 42.****

L **LACONES Venerem, quam vocant ἰωπὸν, armatam colunt,
quum omnes etiam Deos deaque hac figura fingunt, ut lan-
ceam teneant: hac imagine significans, omnes esse belli-
ca virtute præditos. Quoniam nihil ducebant turpis igna-
via, nihil bellica virtute pulchritus, tali specie proponente
Deos suos, quales cupiebant esse cives. At cæterorum
Græcorum Theologia faciebat Deos otiosos & quietos, eos-
que sine gestu recumbentium. Poterò quum quum archery-
pus omnis honesti petendus sit à Numine, periculofum est
Reip. tales facere Deos, quales si quis imitetur, inutilis aut
perniciosus est Reip. futurus. *Plut. in Lac.***

S **SCRIPTORES.**
De re militari. *Ael. Græc. & Latine, Theod. Gaza inter-
prete, Arrii Menand. l. 4. Cato Cons. M. T. Cic. Emil. Macer.
Tar. Paterni l. 4. Front. Mod. El. Feger. Latini, qui Germani
quod reddidit est, & à Theod. Post. Cæje. Italicis, Iacob. Com-
Purtili l. 2. Rob. Valt. l. 2. Mathæus Veginus, Cornælian. Cypri-
dam l. 7. metris Ital. conscrip. Ioan. Carnot. l. 6. Jf. d. 18. Ety-
mologiarum. De re militari & de instrumentis bellicis, Leonard.
Fort. Græco sermone vulg. Militare Enchir. IC. Sarg. De di-
sciplina Turcicæ militiæ, Paul. Jov. Ital. & Latine F. Nigro
interp. De bello, Stob. ferm. 48. Floriz. Græc. 169. Vinc. Bell.
35. 12. Orlav. Mirand. Gr. Major ex poetis, Corvin. in Apoph.
Petr. Lagnerius ex Cic. Serceus ex Aug. Rainer. Lumen ani-
mæ par. 2. c. 27. Iacob. Mag. in Sophist. 33. 22.*
De bello & militia, militumque generibus, aliisque hæc
pertinentibus, leg. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22. Servium Ho-
nor. lib. 8. En. Bud. leg. 1. §. ff. depositi, Blond. lib. 1. Trium-
phan-*

Aphantis Roma Plat. de leg. 1. De ratione veterum belli incen- dendi, Liv. 1.5. Dec. 1. Plut. in Num. & Camillo. Item Pro- blemate 62. Dion. Halicarnass. 1.2. A. Gellius. 1.6. c.4. Serv. Florina. 1.10. Aeneid. Fensfrella c.9. & 10. de Sacra. Rom. Pomp. Latus c.9. cod. tit. Alex. ab Alex. 1.5. c.4. Blond. lib. Triumph. Rom. Volateran. Philolog. cap.30. de more antiquae militiae.

Belli civilis in Pompejum & Caesarem historiam brevi compendio exposuerunt, L. Florus 1.4. c.2. Suet. in Caesar. c.8. Xiphid. Dionys. abbreviator in Caesare & Pompejo, Eutrop. 1.6. Philip. Melanb. in Chronic. sub fin. lib. 2. Vberius vero & Jus- sus, Plutarch. in vita Pomp. & Caesar. Appian. Alex. lib. 2. bellorum civilium, Lucanus poeta lib. 10. Pharsalia.

Bellum sociale ex profecto scribitur, Appian. 1.1. Abbrevia- tor Epir. 17. Flor. 1.3. c.18. Eutrop. 1.5. c.2. Orof. 1.5. c.18. Sab. 1.2. Etn. 6. Ferculph. T. 1. 1.6. cap. 12. Meminerunt Plat. ali- quoties in Syll. Val. Max. 1.8. c.8. De Q. Fabio Trib. Plin. nat. ur. hist. 1.24. cap. 1. scribit, ordinem belli socialis cepisse ex inimicitia Cepionis & Drusi ex annulo auctione venali. Mem- inuit etiam Aurel. August. inter gravior. Rom. calam. 1.3. c.7. atque rursus c.26. l. ejusd. ubi exemplis docet concordiae tempus seditionis superiortibus graviores ferè fuisse secutas.

Bellum pyrraticum gestum est eo anno, quo Cicero aedilis fuit, anno Urbis condita 685. Scribitur à Plat. in vita Pom- peji, Floro 1.3. c.6. Abbreviatore Epist. 99. Vellejo Paterculolo volum. posterior. Orof. 1.6. c.4. Eutrop. 1.6. c.4. Plinio de viris illustrib. c. ult. Sab. En. 6. 1.4. Cicero attingit in orat. pro lege Manilia. Plin. lib. 7. cap. 25. & 26. & 1.37. c. 2. Val. Max. lib. 8. cap. 16.

De bello, quo exercitus Rom. in Caudinis furcis sub jugum missus est, praeter Livium, scribit quoque Sabellicus, aliquot libris Etn. 2. Florus lib. 1. cap. 16. Orof. 1.3. c. 15. Eutrop. lib. 2. Plin. de viris illust. in Pontius. Meminerunt autem deditionis, qua deditus fuit Posthumus, D. August. lib. 3. de Civit. Dei, c. 17. Valer. 1.5. c. 1. Gellius lib. 17. c. ult. c. 6. parall.

Benedictio.

C DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Benedicendi verbum quod ἀγαθόν Græcè dicitur, trifi- ratum usurpatur: vel enim significat prospera alicui app- ecati, ut videtur, ut quod consecrare, dedicare, quomodo dicuntur benedici Ecclesia, vasa sacra, &c. vel pro donati- vo aut munere usurpatur. In qua acceptione petebat à Da- vide Abigail, ut acciperet benedictionem, id est munera quae illi attulerat. In praesenti autem accipimus, ut sit appre- catio boni alicujus, facta à majori vel digniori, aut illius impulsu, idque frequenter cum aliquo affectu. Exemplis res declarabit. Hoc tamen praemittendum, verbum benedi- cendi nonnunquam sumi apud Ecclesiasticos Scriptores in utramvis partem, ut significet tam laudare & gratias agere, quam maledicere, & irriverentet ere erga aliquem gerere. Quomodo juxta posteriorem sensum accipitur illud Job. cap. 1. vers. 11. Nisi in faciem benedixerit tibi, ubi verbum (bene- dixerit) pro maledixerit usurpatur, juxta Latiniorem & Graecorum consensum, ut adverit Pineda in illum locum. Deinde inter benedictionem à Deo, & ab homine dimanantem, hoc interest, quod quæ à Deo proficiscitur, sit practica, & jnsiq; quod optat effectrix: at hominis benedictio in optan- do consistit, & vovendo, ut id concedatur à Deo, quod de- precamur. Utriusque exempla frequentissima in utroque Testamento occurrunt. De benedictione autem, ut est idem quod consecrationis munus, agemus suo loco infra.

BENEDICTIO

Considerat a respectu Dei, prout homini impenditur.

Creavit Dominus Hominem ad imaginem & similitudi- nem suam, masculinum & feminam creavit illos, benedixit- que eis, & ait: Crescite & multiplicamini & replete terram. Gen. 1. Benedixit Dominus Noe, & filiis, & dixit ad illos: Crescite, &c. terror vester &c. sit super cuncta animalia &c. Ibid. cap. 9. Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, benedicam tibi & magnificabo nomen tuum, erique benedictus. Ibid. 12. Super Ismael exaudivi te, dixit Dominus ad Abraham: Et ecce benedicam ei, & augetur, & multipli- cabo eum valde. Ibid. c. 17. Dominus benedixit Isaac, & lo- quipletatus est, & ibat proficiens. Ibid. c. 26. Loquens Jacob Domino & avunculo suo Laban, ait: Modicum habuisti, an- tequam venirem ad te, & nunc dives es effectus, benedixit-

que tibi Dominus ad introitum meum. Ibid. c. 30. Jacob E in oratione luctans cum Angelo, ait: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi: sequitur: Et benedixit ei eodem loco. Ibid. c. 32. Benedixit Dominus domui Aegypti propter Jo- seph, & multiplicavit tam in ædibus, quam in agris, cun- ctam substantiam ejus. Ibid. cap. 30.

Habitavit arca Domini in domo Obededom Gethzi tri- bus mensibus, & benedixit Dominus Obededom & omnem domum ejus. 2. Reg. 6.

Loquebatur Sathan ad Deum de Job, dicens: Operibus manu- um ejus benedixisti, & possessio ejus crevit in terra. Job. 1.

Item scribitur: Dominus benedixit Job in novissimis ma- gis quam in principio. Job. 42.

Ascensus in caelum Salvator, eduxit discipulos in Beth- nia, & elevatis manibus suis benedixit eis. Luc. 24. & Act. 2. Desideranda est illa benedictio, quam dabit Dominus electis in die judicii, quando diciturus est, Venite benedicti patris mei. Math. 25.

MECHISEDECH QUAE HOMO BENEDIXIT DEUM.

Melchisedech rex Salem occurrrens Abraham reverent- i à eade, ait: Benedixit Dominus excelsis, quo protegen- te, hostes in manibus tuis sunt. Gen. 14.

Obtenta victoria de Sifara, Debora & Barach cecine- runt, dicentes: Qui sponte obtulisti de Israel animas ve- stras ad periculum, benedicite Domino. Jud. c. 5.

Videntes mulieres, quod Booz accepisset Ruth uxore, con- gratulantes Noemi forori ejus, dixerunt: Benedixit Dns qui non est passus, udesideret successore familiae tuae. Rut. 4.

Post victoriam quam dedit Deus David de Goliath Philis- tæo, dicitur fecisse psalmum, Benedixit Dns Deus meus, qui docet manus meas ad praelium. 1. Reg. 17. Cum audisset Hyran verba Salomonis, letatus est valde, & ait: Benedixit Deus qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc. 3. Reg. 5. Edificato templo dixit Salomon coram univerto populo, Benedixit Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum. 3. Reg. 8.

Fecit David principem ad confitendum Dno, Alaph & fratres ejus: sequitur, Benedixit Dns Deus Israel ab æter- no usque in æternum, & dicat omnis populus, Amen. David rex letatus est gaudio magno, & benedixit Domino coram universa multitudine. 1. Par. 18.

Videns Edras animum Artaxerxis bonum erga Judæos, dixit: Benedixit Deus patrum nostrorum, qui dedit in corde regis, ut glorificaret domum Domini. 1. Esd. 7. Cum aper- uisset Edras librum Legis, stetit omnis populus, & benedixit Edras Domino Deo voce magna, & respondit omnis pop- ulus, Amen. 2. Esd. 10. Nehem. 9. Completo modo civitatis Jerusalem sub Edra & Nehemia, dixerunt Levite, Surgite & benedicite Deo nostro ab æterno & usque in æternum. 2. Esd. 10. Nehem. 9.

Sara filia Raquelis, cum compleret orationem, dixit, Bene- dictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum. Tob. 3. Fi- lium suum instruit Tobias, dixit inter cætera: Omni tem- pore benedic Deum, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat. Tob. 4. Raquel & uxor ejus videntes, quod Tobiam Juniores non lætaret dæmonium, dixerunt, Benedicemus tibi Domine Deus Israel, quia non contingit nobis, quemadmodum puta- bamus. Ibid. cap. 8. Occulte monuit Tobiam & filium ejus Raphael, ut benedicerent Deum cæli, dicens: Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitemini ei. Cap. 12. Recuperato vias & auditis sermonibus Raphaelis, H aperiens Tobias os suum benedixit Dominum, & dixit: Mag- nus es Domine in æternum, &c. Cap. 13.

Ozias princeps populi Israel, videns Judith cum capite Holofernis, dixit: Benedixit Dominus qui creavit caelum & terram. Judith. 13.

Danieli nocte per visionem mysterium revelatum est, & benedixit Deo cæli, & ait: Sit nomen Domini benedictum à sæculo, quia sapientia & fortitudo ejus sunt, & ipse mut- rat tempora & ætates, Dan. 2. Ananias & sicut ejus missi in caminum ignis, ambulabant in medio flammæ laudantes & benedictentes Domino. Er rex Nabuchodonosor postea vi- dit tanto miraculo, ait: Benedixit Deus Sidrach, Misalch &c. Dan. 3.

Obtenta de hostibus victoria, & edificato altari sub Juda Machabæo, filii Israel adoraverunt, & benedixerunt in celo Deum, qui prosperavit eos. 1. Machab. 4. Propter Heliodo- rum volentem spoliare templum Domini, divina virtute terribiliter flagellatum, benedixerunt omnes Deum, quia magnificabat locum suum &c. 2. Mach. 3. Machabæus & qui cum

A cum eo erant, videntes auxilium à Deo sibi missum, benedi- xerunt simul misericordiam Domini, & convalescerunt ani- mis. 2. Mach. 10. & 11.

Nato Joanne Baptista, apertum est os Zachariae, & pro- phetavit, dicens: Benedixit Dominus Deus Israel. Luc. 1. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus in templum, Simeon accepit eum in ulnas, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis servum tuum Domine &c. Luc. 2. Post ascen- sionem Domini erant in templo laudantes & benedictentes Deum. Luc. 24.

Tribulationes patiens Paulus dicebat: Benedixit Deus & pater Domini nostri Jesu Christi. 2. Cor. 1. Nam Joann. in Apoc. dicebat: Er omnem creaturam quæ in caelo est, & super terram, & sub terra, & mare, & quæ in eo, omnes audivi dicentes: Sedenti in throno & agno, benedi- ctio, honor & potestas in secula seculorum. cap. 5.

BENEDICTIO QUAE SCOLA HOMINI BENEDIXIT.

Melchisedech rex Salem occurrit Abraham benedicens, & ait: Benedixit Abraham Deo excelsis &c. Gen. 14. Benedi- xit Isaac Jacob, dicens: Der tibi Deus de rore cæli & pingue- tate terræ, abundantiam frumenti &c. Er in cæquen- tibus eidem benedixit. C. 22. 28. Ibid. Cum Esau tulatu magno fletet, Isaac dixit ad eum: In pinguedine terræ, & de rore coeli, desuper erit benedictio tua: Vives in gladio, & fratri tuo servies. Cap. 27. Ibid. Introdixit Joseph patrem suum Jacob ad Pharaonem, cui benedicens ille, & interrogatus ab eo quot sunt dies annorum vite sue, respondit &c. Ibid. c. 47. Benedixit Jacob filiis Joseph, & ait: Deus in cujus conspectu obambulaverunt patres mei, benedicat pueris istis: Loqueba- tur de Manasse & Ephraim, quos Pater corum rogaverat, per patrem benedici. Ibid. cap. 48. Postmodum etiam benedixit Jacob singulis filiis benedictionibus propriis. Cap. 49.

Extendens Aaron manum ad populum, benedixit eum. Lev. 9.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Sic benedicetis filiis Israel: Benedicet tibi Dominus & custodiat te, ostendat tibi Dominus faciem suam. Num. 6. Dixit Balaam filius Beor ad Balach, Ad benedictionem adductus sum: benedictionem prohibere non valco. Num. 23.

Non pernoctabit apud te pignus pauperis, sed statim red- des ei ante solis occasum, ut dormiens in vestimento suo bene- dicat tibi. Deuter. 24. Moyses homo Dei benedixit filiis Israel ante mortem suam, & ait: Dominus de Syna venit, & de Seir vocat eis nobis. Deut. 33.

Vocavit Josue Rubenitas & Gadditas, & dimidiat tribu- manasse, dixitque ad eos: Fecistis omnia que vobis præcepit Moyses benedixit eis, & dimisit eos. Jos. 22.

In cantico pro victoria habita de Syna dicitur, Benedicta inter mulieres Jabel uxor Aber Cinari, & benedictur in ta- bernaculo suo. Judic. 5. Noemi videns Ruth narum suam à Booz fuisse honoratam, dixit: Benedictus sit à Domino, quo- niam eandem gratiam quam præberat vivis, servavit morti- uis. Ruth 2. Commédaverat Booz Ruth, quod ad eum Israel confugerat, & ait: Benedicta es à Domino filia, quia priorem misericordiam posteriore superasti. Ruth. 3.

Heli benedixit Elcanæ, & uxori ejus, dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro senore quod com- modasti Domino. 1. Reg. 2. Nunciaverat Ziphai Sauli, quod David latitaret apud eos. Dixitque Saul, Benedicti vos à Do- mino, quia voluistis lucum meum. 1. Reg. 13. Nunciatum est David, quod viri Jabes Galaad sepelissent Saul, dixitque ad eos, Benedicti vos à Domino, qui fecistis hanc misericor- diam cum domino vestro Saul, & sepelisset. 2. Reg. 2. Conver- tit rex Salomon faciem suam, & benedixit omni ecclesie Is- rael: omnis autem ecclesia Israel stabat. 3. Reg. 8.

Cum complect David offensas holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini, & divisit universis per singulos à viro usque ad mulierem totam panis. 1. Par. 16. Apprehendens Raquel dexteram filii sui, dexterae Tobie tradidit, dicens: Deus Abraham, Isaac, & Jacob, vobiscum sit, & ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Oculatus est Tobiam, & plorans super collum ejus, di- xit: Benedictio tibi sit fili mi, qui boni & optimi viri filius es. Tob. 7. Gabelus ingressus domum, invenit Tobiam, & flevit, dicens: Benedicac te Dominus Israel, quia filius es viri optimi & timentis Deum. Tob. 6.

Ozias princeps populi Israel, dixit ad Judith: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelsis, pro omnibus mulieribus su- per terram: & postea universi presbyteri omnes una voce dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu latitia Israel &c. Judith. 15.

Factum est, cum audiret salutationem Mariz Elisabeth, E exclamavit, & dixit: Benedicta tu inter mulieres. Luc. 1. FORMULÆ VARIÆ BENEDITIONIS IN S. LITTERIS, Et Cæremonia ejusdem.

Ex Lucubrationibus Jacobi Grefseri, Soc. Jesu Theologi, c. 50. Benedictio, qua Patriarcha Jacob nepotibus suis, filiis Joseph, Gen. 48. benedixit, multa observatione digna conti- net; nam applicatos ad se deosculatus, & circumplexus est; quorum alterum, Ephraim scilicet, ad sinistram benedictio- ni pater constituit; Manasse vero ad dextram, ratus fore, ut dextram super Manasse, sinistram super Ephraim pone- ret. At ille manus decussans, dextram imposuit stanti ad si- nistram Ephraim, & sinistram stanti ad dexteram Manasse, non sine mysterio; cujus tunc ignarus Joseph, factum paren- tis corrigere volebat; sed correctus ipse tacitus caelestibus ar- canis adquevit. Habemus ergo in benedictione impositione manuum, & quidem decussatam.

Videamus formam. Deus, in cujus conspectu ambulave- runt Patres mei Abraham & Isaac: Deus, qui pacis me ab adolescentia mea usque in presentem diem: Angelus, qui F eruit me de cunctis malis, benedixit patri istis, & invo- cetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescat in multitudinem super terram. Ubi invocationem Dei & Angeli interposui- mus vides: imò & invocationem nominis Jacob, Abraham & Isaac: expressè enim dicit: Invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac. Eadem enim phrasi hæc dicta sunt, qua illa in Numeris; In- vocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedi- cam eis; ergo quemadmodum nomen Dei, seu Primogeniti omnium benedictionum Auctoris, in benedictionibus in- vocatur: ita & Jacob nomen suum & patrum suorum expro- miit voluit, quoties quis Ephraim & Manasse benec precaturus esset: nam invocare nomina istorum super pueros, erat optare ac vovere, ut Deus, Abraham, Isaac & Jacob rebus gestis, vitæ inculpate transacta permotus, illis benefice- ret: Quo sine trium Patriarcharum istorum nomina, im- plorationi opis divine adhibita fuisse, frequentia sacrarum literarum exempla declarant. Et ipse Deus non semel testa- tur, se propter Abraham, Isaac & Jacob, que dam vel omi- sisse, vel gessisse, quæ abique hoc respectu minime omisi- sse vel gessisse fuisset. Quoties occurrit illud: Propter Dav- id servum meum, & Propter David servum suum. Intuitu enim Davidis sæpe peperit Deus Israelitis, alioqui nequa- quam parturus.

Decantatissima est benedictio illa Gen. 9. quam Jacob Patriarcha, morti jam vicinus, dedit filiis suis. Benedixit enim singulos benedictionibus propriis. In Josephum autem ubertim benedicens de effudit: Deus patris tui erit adjutor tuus, & Omnipotens benedict tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum: benedi- ctionibus uberum & vulvæ. Benedictiones patris confortate sunt benedictionibus patrum ejus, &c. Ubi benedictiones cæli desuper, patrum spirituales ex Angelorum præsidio, aliique charismatis divinis; partim corporales, ex influen- tiis caelestium luminarium. Benedictiones abyssi deorsum, ex irrigatione fluminum, fontium & paludum; ex quibus fructus terræ creantur & augentur. Benedictiones autem uberum & vulvæ, ad filiorum procreationem pertinent, utque jumenta, armenta & greges multiplicentur; ut in suo Testamento notat Joann. Ferdinandus. Quæ benedictio po- steris in idololatriam delapsis, iusto Dei judicio, evanuit, juxta illud Osee: Quid dabis eis Domine? Vulvam sine li- beris, & ubera arenia.

In libro Numerorum isthæc legimus, Locutusque est Do- minus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron & filiis ejus: Sic benedicetis filiis Israel, & dicitur eis: Benedic tibi Domi- nus, & custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi, & miseratur tui: convertat Dominus vulvam suam ad te, & det tibi pacem. Pulcherrima formula benedicensi, in qua continetur in primis ipse omnis benedictionis largitor Deus; ab hoc enim petitur, ut benedictionem impertiat: Et hoc est, quod ibidem mandavit Dominus: Invocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Quæ invocatio fit verbis illis: Benedicac tibi Dominus & custodiat te.

Deinde benedictionis effectus considera, quorum unum, custodia Dei. Secundus, ostensio faciei, quæ est signum benevolentia & amicitia; illa præsertim, quæ est facie ad faciem, & in qua beatitudo hominis posita. Tertius, miseri-

A Diaconissas benedictionem cum ceteris laicis accipere statu-
it Concil. Araucanum I. hoc Canone: Diaconisse om-
nimode non ordinande. Si quae jam sunt, benedictioni,
quae populo impenditur, capita submittant.

Temporibus Caroli Magni abusus irrepererat, ut Abbatissa
benedicendi munus sibi vendicarent, cui tollendo hac lege
obviam ivit Carolus Magnus. *Lib. leg. Franc. c. 76.* Audium
estualiquas Abbatissas contra morem sanctae Dei Ecclesiae be-
nedictiones cum manus impositione & signaculo sanctae
Crucis super capita virorum dare, necnon & velate virgi-
nes cum benedictione sacerdotali: Quod omnino vos san-
ctissimi Patres in vestris parochiis interdicendum esse scito-
te. Longius adhuc progressae sunt Graecicae quaedam Ab-
batissae, confessiones suarum Monialium excipere volentes.
Quaerit ex Balsamone Marchus Patriarcha Alexandrinus,
an hoc liceat? Respondit Balsamon *tom. 2. Juris Graeco-romani*,
nullo modo id licere, cum solis sacerdotibus potestas
haec concessa sit; ita ut ne viris quidem monasteriorum praepo-
situs, competat, si sacris Ordinibus non sint initiati. Mul-
to igitur minus mulieri Antistiti, *Quod in apostolice doctrinae*
lib. 7. dicitur, quamvis virtus ejus pluraquam sol respiciat.

Verum his omissis, si quae femina sanctitatis opinione ad-
modum memorabilis ac commendabilis esset, benedictio-
nem ab illa tam viri, quam feminae non immerito petere
possent. Nec defuit hujus rei exempla; nam S. Hildegardis
quendam caduco morbo laborantem, salubri benedi-
ctione consignans, a tanto malo liberum ac immunem reddi-
dit. *In vita S. Hildegardis tom. 5. S. viii.*

S. Ioba manus impositione, hoc est, benedictione,
aegrum jam animam editurum, ad vitam simul & sanita-
tem revocavit. S. Godoberta manus impositione, & impres-
so sacrosanctae Crucis signaculo, caeco lumen reddidit. S.
Brigida virgo ex veteri Scotia, hoc est, Hernia, manus suae
attactu multo loquendi facultatem restituit; eademque can-
nam ejusdam famem seu bulimiam benedictione sua depul-
sit; ut refert *Cogitof. in Actis S. Brigide*. In alia vitae ejus
historia, quae tomo primo Suriano inserta est, commemo-
ratur, S. Brigidam benedictione sua illuminasse caecos oculo-
sionis intervenit solviffe, & ad verba formanda aptam ef-
ficasse. Similia multa exempla a sanctis mulieribus, seu solo
verbo, seu addito Crucis signaculo, aut oleo benedicto,
aut alia quapiam hujus generis re facta, reperire est in San-
ctorum Historiis, *S. tom. 5. c. 7.*

BENEDICTIONIS PRIVATE VIRTUS.

Quanti alim benedictiones estimatae.

De publicis benedictionibus hucusque actum est. Nunc
venio ad privatas, quas experitur a viris vel ratione status &
ordinis, vel ratione sanctimoniam excellentibus, vel quae
etiam privatim humana in vita dantur & exercentur; neque
enim sine mutuis benedictionibus Christiana caritas &
conservatio subsistere potest; quarum quivis eo est aman-
tior, quo salutaris sit cupidiore. *De S. Antonio D. Athanasius*:
Omnes Clericos usque ad ultimum gradum ante se orate
compellens, Episcopis quoque atque presbyteris, quasi hu-
militatis discipulis, ad benediciendum se caput submittabat.
In vita.

Cum S. Epiphanius Episcopus Salaminae Cyprici Hierosoly-
mis vestiretur, omnis aetatis & sexus turba confluebat, of-
ferens parvulos, (ad benedictionem) pedes deosculans,
D fimbrias vellens, ita ut gradum promovere non valens, in
uno loco vix fluctus undantis populi sustineret.

Auctor operis Imperfecti in illud *Mat. 19.* Tunc oblatis
sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret; ita scribit:
Praefens locus instruit omnes parentes, ut filios suos indefi-
nenter sacerdotibus offerant, quia si sacerdotibus offerunt,
offerunt Christo: non enim sacerdos manus imponit, sed
Christus, in cuius nomine manus imponitur. Si enim ille,
qui escas suas per orationem non offert Deo, (hoc est, si is,
qui, ut vulgo loquimur, non facit benedictionem) comquina-
tas illa manducat, secundum quod de illis ait Apostolus;
Quoniam omnis creatura Dei, bona est, & nihil rejicien-
dum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctifica-
tur enim per orationem & verbum Dei. Dicens enim: San-
ctificatur per verbum Dei & orationem, ostendit, quia ma-
culata est, nisi per orationem fuerit omnis esca mundata &
sanctificata; quantum magis pueros offerri Deo & sanctifica-
ri necesse est? Causa autem sanctificandarum escarum haec
est, quoniam mundus totus in maligno positus est. Ergo &
omnis res corporalis, quoniam mundi est pars, in maligno

est posita. Et ipsum oportet propterea sanctificari: conse-
quenter & infantes, quando nascuntur, & ipsi, quantum ad
carnem, in maligno positi sunt, quoniam & omnis caro, tan-
quam pars mundi, in maligno posita est. Propterea neces-
se est offerri pueros, ut affluat super eos oratio fiat; quo-
niam escam semel sanctificari necesse est. Manducamus
enim, & transit; hominem autem, quem indefinenter ad-
versarius persequitur & foedit, semper sanctificari neces-
se est, nimirum per benedictionem. Sic igitur cibi, quoties
Auctor, qui cum cibis macularios ait, ne Manicheismo afflu-
tum credas; nam macularios in suis insidiis exposito, ubi facile
infecti possunt, & ne inficiantur, benedictione praecaven-
dum est, aut si infecti sunt, benedictione omnes Caco-
demonis tendiculae pellende sunt. Si igitur cibi, quoties
sumuntur, toties benedicuntur, inquit *iste Auctor*; qui
tamen non durat, sed mox absumuntur; quantum magis
parvuli totaqueis demonum expositi saepius benedictione
muniantur, & ut in maligno collocati, nullum detrimentum
accipiant, quasi valde quodam benedictionis circumspiciantur?
Ex quibus omnibus intelligis, quanti scriptor *iste*, &
quique fuit, benedictiones parvulis impertitas fecerit.

Venerabilis *Beata lib. 3. Hist. Eccl. cap. 26.* In magna erat ve-
neratione tempore illo religionis habitus, ita ut ubique
Clericus, aut monachus adveniret, gauderet ab omni-
bus, tanquam Dei famulus, exciperetur, & jam jam si
in itinere peregrinus inveniretur, accurreret, & hexa cervicis,
vel manu signari, vel ore illius de benedicti gaudebant, ver-
bis quoque horum exhortatoriis diligenter auditum praebant.

In vita S. Porphyrii haec Marcus Gazensis: Eudoxia, Arca-
dii Imperat. uxor, nos accessit, nobis occurrit in porta cubi-
culi, portans infantem (Theodosium juniorem) in purpura.
Inclinavit vero caput, dicens: Benedicite patres mihi & filio
quem donavit Dominus per sanctas vestras preces. Infantem
quoque tradidit in manus signaret. Sancti autem Episcopi
& ipsam & infantem signantur signo Crucis. *tom. 1. S. viii.*

Eadem Eudoxia, cum ante partum a duobus Episcopis
inviseretur, his verbis eos prior salutavit: Benedicite patres,
& Dominum orate pro me, ut quod est in utero, in G
lucem edam cum Deo benigne. Episcopi dixerunt: Qui
benedixit utero Sarae, Rebeccae & Elisabeth, benedicit &
vivificat id, quod est in tuo ventre; ut scribit illud Marcus
Gazensis. Revertam ab exilio S. Chrysostomum populus in
Cathedra Episcopali sedere, & benedictionem dare compul-
si t; *refert S. exon. lib. 8. c. 18.*

Justiniano Imperatori benedixit S. Sabas; cum autem ro-
garet, ut sua itidem conjux Theodora benedictionis parti-
cipere fieret, ipsaque adeo Theodora vehementer instaret, ut
per preces & benedictionem suam filium sibi a Deo impetra-
ret: S. Sabas benedictionem quidem dedit, sed non quam illa
optabat, in liberorum procreatione positam, sed tantum, ut
solpes & salva esset ejus potentia. Rogatus, cur benediceret &
precati noluerit, ut Theodora sterilitate liberaretur? respon-
dit: Deus non finet aliquid fructum ex ea edi, ne ipse quoque
gultet Severi dogmata, & deteriores quam prius sub Ana-
stasio tumultus conturbent Dei Ecclesiam. Erat enim Theodo-
ra sectae Acephalorum addictissima.

De Aphraate Eremita *Theodor. in Hist. Religios.* Eum
ego vidi, & sanctae illius dexterae percipi benedictionem, H
cum eadem quidem adhuc adolescens, matrem autem me ad-
junxisset, comitem ad illum professionis. Et cum pro mo-
do quidem janua aperuisset, illam & suo sermone dignatus
est & benedictione: me autem intromissum impertiti opti-
bus deprecationis.

De Petro Eremita *idem Theodor.* Vir ille divinus (Pe-
trus) saepe me (puerulum) genibus impositum una aluit &
pane: nam cum mater fecisset periculum spiritualis ejus gra-
tiae, justit semel in hebdomade decerpere illius benedi-
ctionem. *In sine narrationis de Petro idem Auctor*: Ego,
cujus, dum adhuc esset superstes, percipi benedictionem, ea
ut nunc quoque fruor, precor.

Cum Theodoratus Zenonem Eremitam invisisset, jamque
reditum pararet, petiit ab illo benedictionis viaticum *Theo-
dor. in Zenone*, de Macedonia Eremita: Ego ejus benedi-
ctionem & doctrinam saepe percipi. *Idem de Zebina seu Poly-
chronio*: Scio me saepe venisse (ad Zebinam) & benedictionem
petisse. Cum Julianus sociis comitatus ex Eremio Antio-
chiam tenderet, dives quaedam mulier, cum sacrum illum
chorum

A chorum audisset venire, cucurrit, ut perciperet eorum be-
dictionem: & ad eorum pedes prostratus, rogabat, ut sua
domus esset eorum diversorium. Concessit tenex, &c. Cum
autem admirabilis illa mulier esset in sacris illis viris mini-
strando occupata, puer septem annos natus, cujus solus
erat mater, &c. cecidit in puteum. Cum autem ex eo or-
tus esset tumultus, mater autem sensit, jubet quidem om-
nes quiescere, puteoque operculo imposito, instabat mi-
nisterio. Mensa vero viris divinis apposita, divinus tenex ju-
sit vocari puerum mulieris, & accipere benedictionem. Cum
autem admirabilis mulier diceret, cum male habere, per-
stitit jubere, ut is adduceretur. Postquam ei id, quod ac-
cidisset, mulier significavit, mensam quidem relinquit se-
nex, accurrit autem ad puteum, & cum auferri operculum,
asserit vero lumen jusisset, videt puerum sedentem super
aqua superficie, & aquam manu pueriliter pulsantem, &
qui reputatus fuerat interitum, eum ludum putantem. Et cum
quosdam finitus alligasset, & eos dimississet, puerum ex-
traxerunt, & statim occurrit puer ad pedes senis, dicens, se
cum vidisset in aquis ipsum ferentem, & ne mergeretur, pro-
hibentem. Hanc hospitalitatis mercedem recepit mulier a
beato senex. *Theod. in Iuliano.*

Cum S. Fulgentius, Episcopus Ruspensis, in Africa ab exilio
redux, Carthaginem venisset, immensus exiit clamor, al-
tercanti omnibus, quis primus salutaret agnoscendus, quis
benedicenti caput subponeret, &c. Postquam vero domos
omnium diligentius visitavit, benedixit, &c. valefaciens
fratribus, egressus est de Carthagine, &c. *Tom. 1. S. viii.*
Classi, quam Justinianus Imp. contra Vandalos in Afri-
eam misit, benedictionem dedit Epiphanius Episcopus, Con-
stantinopolitanus: Er quidem de more, ut ait *Procop. lib. 1.*
de bello Vandal. Ex quo intelligas, solenne fuisse, ut classibus
in hostem euntibus benedictio impenderetur.

Turbae ad se venientes, & energumenum adducenti, S.
Hilariion manu benedixit, exprimens, sine dubio, signacu-
lum sanctae Crucis. *S. Hieron. in Vita S. Hilariionis.*

Ad S. Theodorum Archimandritam Siceorum, multa
rurba concurrerant, ut benedictionem susciperent. Eundem
S. Theodorum Constantinopolim advocarunt Mauri-
cius Imperator, Cyriacus Patriarcha, & Principes, ut eis
benediceret. Quod & fecit. *Tom. 2. S. viii.*

Joannes Abbas, de quo *Pallad. Lausiac. Hist. c. 39.* per
fenestram benedicebat, & salutabat eos qui accedebant.
Venit S. Columbanus ad Viciacum villam, supra Ma-
tronam fluvium sitam; ubi ab Authario exceptus est, cujus
conjug Aiga dicebatur, etanteque illius filii etiamnum in-
fantes: Quos mater ad benediciendum viro Dei obulit. Vi-
dens ille matris fidem, infantulos sua benedictione factavit.
Tanta autem fuit in viro Dei gratia, ut quibuscumque be-
dixisset, in boni operis perseverantia supremum vitae diem
clauderent. *Tom. 6. S. c. 28.*

Ad S. Theodorum Siceotam venit Georgius Cappadox,
qui vincens ad Imperatorem trahebatur, & culosus ejus, ut
benedictionem a viro sancto acciperent.

De Columbae Abbatis Scoti, hoc est, Hyberni, sanctimo-
nia, tanta erat existimatio hominum, ut etiam xenia & va-
ria munuscula in plateis exponerent, ut ea transirentur beno-
diceret, teste *Adam anno lib. 1. de vita S. Columbae*: Sancto ad-
venienti viro, inquit, xenia populi multa in platea Monaste-
rii strata benedicenda assignantur, quae cum benedicens, af-
ficeret xenium alicujus opulenti viri, specialiter demon-
strans virum, ait: Cujus est hoc xenium? Pro misericordis
pauperum & ejus largitione, Dei comitatur misericordia,
Itemque aliud discernit, inter alia multa, xenium, inquit;
De hoc xenio viri sapientis & avari nullo modo gustare pos-
sum, nisi prius verum de peccato avaritiae penitentiam egerit:
Quod verbum cito in turba divulgatum audiens occur-
rit Columbae filius Aidi, confusus, & veram sancto flexis
genibus penitentiam agit, & de caetero avaritiae abrenun-
ciaturum se promittit, & largitatem cum morum emenda-
tionem consecuturum: Et justus a sancto surgere, ex illa ho-
ra est sanatus de vitio renacitatis.

Domallens, filius Aidi regis, adhuc puer, ad S. Columbae
per nutritores adductus est, ut ejus benedictione ditatus re-
dierit: Quem cum sanctus benedixisset, continuò ait: Hic su-
per omnes fratres suos superstes erit, & Rex valde famulos,
nec unquam in manus inimicorum tradetur. *Idem ibid.*
Etiam a Sanctis vita jam fundis benedictionem aliquan-
do petitam & impetratam legimus. Ita enim *Florent. Voi-
gorienfis in Chronico*: Quidam religiosissimus Fuldenis ce-
La B. Theod. vit. a Humam. Tom. I.

nobi Monachus, nomine Vilhelmus, supradictum Anim-
E chadum (Monachum Hybernium) jam sepulchrum rogavit,
ut benediceret. Arque sicut postea mihi confirmavit, eam
nocte per visum videri Anipchadum, in sepulchro suo
stantem, nimio fulgore nitentem, & extensa manu se be-
nedicentem.

Mater S. Stephani junioris, qui pro defensione sacrarum
imaginum Martyrium subit, cum infantem adhuc in utero
ferret, eum a S. Germano Patr. archa Constantinopolitano
benedici voluit. Transienti enim Patriarchae acclamabat:
Benedic, Domine, id, quod in utero meo est. Et ille: Be-
nedicat hunc Dominus per primi Martyris (Stephani) inter-
cessionem. *Inter opera Joan. Damasc.*

Justinum Juniorem Imperatorem benedixit Joannes Pa-
triarcha Constantinopolitanus. Corripus:
*Pontificum summus pleneque aetate veniens
Adstantem benedixit eum, colique parentem
Exorans Dominum, sacro diademate jussit
Augustum vincere caput, &c.*

De S. Antonio Archiepiscopo Florentiae Auctor, qui vi-
tam ejus literis mandavit: Ad transeuntem magna vis populi F
egressa è domibus curtebat, ut novi Antistitis, cujus jam
sanctitatis major tunc fama volitaverat, benedictione mu-
niretur; ad quam, posito genu, & junctis manibus, ar-
dentius, quam illi Rom. Pontif. illic praeriteret, inhiabat.
Tom. 3. S. viii.

BENEDICTIO FIDELIS GRATA. BRUTIS QUOQUE

IMPENSIS.

Docent hoc exempla duorum sanctissimorum virorum S.
Hilariionis, & Sancti Simeonis Stylitae, prodita a duobus gra-
vissimis & doctissimis Auctoribus, Hieronymo & Theodo-
reto, quorum ille de Saracenis ad Sancti Hilariionem benedi-
ctionis causa, consuetibus: Pervenit S. Hilariionem Elufam,
eo forte die, quo anniversaria solemnitas omnem oppidi po-
pulum in Templum Veneris congregaverat; colunt autem
illum ob Luciferum, cujus cultu Saracenorum natio dedita
est: sed & ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum est
propter loci situm. Igitur audito, quod S. Hilariion praeriret
(multos enim Saracenorum arreptos a Demone fre-
quenter curaverat) gregatim ei, cum uxoribus & liberis,
obviam processere, submittentes colla, & voce Syria *Ba-G*
rach, id est, Benedic, in clamantes. Quos ille blandè humi-
literque suscipiens, obsecrabat, ut Deum magis quam lapi-
des colerent, simulque uberim flebat, caelum spectans, &
pollicens, si Christo crederent, ad eos se crebro esse ven-
turum. Mira Domini gratia! non prius abire passim lunt,
quam futurae Ecclesiae lineam mitteret, & Sacerdos eorum,
uterat coronatus, Christi signo denotaretur.

Simeonis Stylitae (*Theodor. in Hist. Religios.*) Imaeli-
tarum (quos S. Hieronymus Saracenos vocat) nulla innum-
merabilia, quae impietatis ferviebant caliginis, illa in colum-
na illuminavit statio: nam veluti super candelabrum aliquid
posita haec lucerna lucidissima, solis instar, emisit circun-
quaque radios, & est, ut dixi, videre Ibetas venientes, & Per-
tas, & Armenios, & divinum baptismum accipientes. Imaeli-
tae autem turmatim venientes, ducenti simul & trecenti,
& nonnunquam etiam mille, errorem quidem patrium nega-
bant cum clamore. Quae autem illi coluerunt simulacra, ac
magnum illud etià nomen conterentes, & Veneris Orgis re-
nunciantes, ab alto enim reperitis temporibus acceptant
cultum hujus Demonis (ut paulò ante etiam ex S. Hierony-
mo audivimus) divina percipiunt sacramenta, leges acci-
pientes à divina illa lingua, & patrios ritus valere jubentes,
aliorumque agrestium & camelorum esum abegantes; eosque
ego & vidi, & audivi, & patriam impietatem peni-
tentis abegantes, & doctrinae Evangelicae assentientes. Semel
autem maximum adii periculum. Ipse enim (Simeonis) dixit,
ut ad me accederent, & sacerdotalem acciperent benedi-
ctionem; dicens, forte ut magnum hinc fructum perciperent.
Cum illi paulò magis barbaricè concurrissent, alii quidem
antea trahebant, alii vero ponè, alii ex obsequio. Quiallis
aberrant longius, irruentes & manus protrudentes, alii qui-
dem barbam vellebant, alii vero vestes apprehendebant, &
vehementiore illorum aditu fuisse suffocatus, nisi ille cla-
morem edens, omnes dispersisset. *Hae Theodor.*

Ex quibus manifestè apparet, quanti benedictione Imaeli-
tae fecerint. Subjungit porò idem Scriptor exemplum satis
festivum de Imaelitis. Obsecrabat una tribus (Imaelitarum)
divinum hominem (Simeonem) ut deprecationem quandà
& benedictionem emitteret suae tribus praefecto. Alia autem,
M m m
que

A quæ accit, tribus contradicebat, dicens, non oportere illi emitti benedictionem, sed ei, qui præest suæ tribui: illum enim esse iustissimum, hunc vero alienum à iustitia. Cum autem inter eos magna fuisset contentio, & barbarica decratio; tandem in se invicem irruerunt. Ego autem prolixus usque ratione suadebam, ut quiescerent, utpote quod vir divinus sufficeret ad dandam & huic & illi benedictionem. Sed hi quoque dicebant, non oportere illum hanc assequi, & illi cauterum private conabantur. Cum eis autem desuper esset minatus, & eos canes vocasset, vix sedavit contentionem. Hæc dixi, volens ostendere, quanta esset eorum animi fides. Non enim sic inter se infansissent, nisi divini viri benedictionem credidissent maximam habere virtutem.

Scribit idem Theodoros precibus, B. Simeonis Ismaelitarum Reginam, depulsa sterilitate, qua laborabat, matrem factam, namque filium ad Simeonem misisse, ut ejus benedictionem consequeretur.

De S. Severino Noricorum Apostolo ita Engipius in vita S. Severi. c. 7. Quidam barbari, dum ad Italiam pergerent, promerenda benedictionis ad eum intuitu diverterunt; inter quos & Odoacer, qui postea regnavit Italia, vilissimo tunc habitu, juvenis statura procerus advenerat, &c. Cum S. Chrysolomus ad Gaium, Romani Imperii inavorem, venisset, adeo viri sancti conspectu efferatus Barbari animus emollitus est, ut ei longius honoris causa obviam processerit, & dexteram ejus oculis admoveat, (utique benedictionis causa) & osculari sit, liberoque suos adductos sacris illius genibus adhiberit; ut scribit Niceph. lib. 13. c. 6.

Quin & ipsa bruta animalia à benedictionis beneficio interdum se excludi noluerunt. Testantur id duo illi Leones, qui S. Paulo Eremitæ sepulcrum unguibus suis effoderant, qui quasi mercedem pro opere, cervicæ dejectæ, flagitantes, ad Antonium perrexerunt, manus pedesque lingentes. At ille animadvertit, benedictionem eos à se precari. Nec morâ, in laudationem Christi effusus, quod muta quoque animalia Deum esse sentiant, ait: Domine, sine cuius nutu nec solum arboris defuit, nec unius passerum ad terram cadit, da illis, sicut tu facis. S. Hier. in vita S. Pauli.

De S. Cuthberto Episcopo. Lindisamentis Beda in ejus vita: Cæpit in litore flexis genibus orare, quod dum ageret, venerunt continuò duo de profundo maris quadrupedia, quæ vulgo Lutæ vocantur. Hæc ante illum strata in arena, anhelitu suo pedes ejus fovere cœperunt, ac villosa agebant extergere, completoque ministerio, percepta ab eo benedictione, patrias sunt relapsa sub undas, c. 10.

Etiam à B. Theodoro brutis benedictio impertita est: nam ut in ejus vita scribitur, animalia ferè mansuetè cum ipso versabantur, & multa ab eo in homines fiebant miracula. Ex quo enim in ferrea cellula se incluserat, terribilis uræ per triennium ad eum accedebat continuè, acceptaque de manu ejus benedictione, neminem lædens discedebat. Lupus item ad osium cavernæ, in qua sanctus erat inclusus, cum accessisset, illic expectabat. Quamobrem egressus minister ejus Martinus, visâ repente fera, perterritus, & intrò rediens, cum Sancto significavit. At ille cum gravitate subridens, Ne vereris, inquit, homo timide, neque enim venit, ut injuriam faceret, sed ut ipsi cibis ministraretur. Da igitur ei aliquid, frater, ut non solum in homines, verum etiam in feras mandatum illud Dei, Omni poscenti te tribue, expleatur. Accepit igitur Minister panis fructum & poma, ex quibus solebat Sanctus cum benedictione aliquid poscentibus impertiri, exiitque, & poma tantum objecit feræ, eam propellens. Quæ cum objecta comedisset, rusum stabat, & non discedebat, tanquam aliquid aliud expectaret. Tunc ei panis etiam fructum objecit. Quo accepto, statim discessit. Ne credideris hæc munera lupo sine benedictione S. Theodori oblata, quandoquidem ex eorum numero erant, quæ non nisi cum benedictione viri sanctus elargiri solebat. To. 2. Svr. VALE DICENTES, ABSENTES, REDEUNTES, CUM BENEDITIONE DIMISSI, AUT RECEPTI.

Digressurus S. Augustinus ab ægro amico, quem aliis comitatus inviserat, reperit ibidem Saturnino, Episcopo Uzalenis accepta, inquit, benedictione ab Episcopo, discessimus.

Necarius Constantinopolitani Tarsum in Patriam iturus, venit ad Diodorum Tarsi Episcopum, ut ab eo, sub cuius fecit Episcopatu censeretur, cum precatione benedictionem acciperet. S. Aug. lib. 22. de Civ. Dei, cap. 8. non procul ab initio. Niceph. lib. 12. Hist. Eccl. 23.

S. Ildor. in Regula Monachorum: Quando fratres foras proficiscuntur, vel redeunt, congregatis omnibus in Eccle-

sia, benedictionem accipiant. Huc sine dubio spectat, quod est in Regula S. Benedicti. c. 67. Dirigendi fratres in viam, omnium fratrum, & Abbas orationi se commendent; accepta nimirum benedictione, præferant ab Abbate. Præcipit idem S. Benedictus. c. 36. ut ubiqueque sibi obviant fratres, junior à priore benedictionem petat.

Accusati fuerant Monachi Cluniacenses, quasi in hoc capite à Regula S. Benedicti defecerent: quia obvii benedictionem solo nutu, absque ullo prolatu sermone, interdum petebant. Respondit Venerabilis Petrus Abbas. l. 1. ep. 48. vel potius Apologia ad S. Bernardum: Ubiqueque sibi obviant fratres, junior à priore benedictionem petit, Benedicite, dicendo, si extra regularia loca fuerit, & humiliter inclinando; sed nihil ore profertendo, si infra officinas regularis sibi occurrerint. Quod si semper loquendo hanc peti debere dicitis, videant discreti, utrum superflua locutioni utile silentium imponi, an supponi debeat. Superflua verò idcirco dicitur, quia ad id, quod æquè bene silentio potest fieri, linguam non esse necessariam, & idem superfluum existimamus: maxime cum nullius sermonis propter hanc salutationem profertendi in Regula facta fuerit mentio.

Fratres ad Monasterii ædificationem abiturus, benedictione munivit S. Benedictus. S. Greg. lib. 2. Dialog. c. 22.

Redeuntes quidam fratres inde, quò à S. Benedicto missi fuerant, benedictionem Patris ex more petierunt. S. Greg. l. 2. Dial. c. 12.

S. Theodorus Sicaorum Archimandrita cum Menne, viro claro, & uxori ejus, & omnibus domesticis benedixisset, discessit. Tom. 2. Svr. c. 56.

Sophronius in Prælo Spiritali. Ptolemias Civitas est Phœnicis. In hac vicus est, qui dicitur Caparama. In eo vivo senex quidam erat magnus, habebatque discipulum Joannem nomine, & ipsum magnum singularique obedientiæ. Quadam ergo die misit senex discipulum suum in ministerium, dans ei & modicos panes pro victu suo. Profectus est autem discipulus, & completo ministerio rediit, retulitque panes. Videns autem senior panes, ait ei: Fili, quare non comediti panes, quos dedi tibi? Profratrem ille coram senex dixit ei: Ignosce mihi Pater: quia non benedixisti mihi, cum miteres me, ut cibum sumerem, idcirco non sumpsi. Admiratusque senex discretione fratris benedixit eum.

Cum Theodorus Discipulus S. Joannis Silentiarii Severianum quemdam hæreticum ad sanctum virum adduxisset, fenestrisque de more pulsatis, benedic nos Pater, in clamavit: senex aperiens, dicit discipulo: Tibi quidem benedixit; hic autem non est benedictus. Cum autem diceret discipulus: Non sic, o Pater, respondit senex: Revera ei non benedicam, donec à mala Schismaticorum sententia destiterit, & se Catholicæ Ecclesiæ confessor sit. Hæc cum ille audisset, obstupuit sensu efficacem gratiam, & miraculo mutatus, certò est pollicitus se communicaturum Catholicæ Ecclesiæ. Tunc senex, cum ei benedixisset, & cum exiret, primus ei intererata impertit sacramenta, absterfa ex ejus corde omni abitatione.

Inter pœnas delinquentibus Ascetis seu Monachis decretas, hæc primum locum obtinuit: Si quis egrediatur de Monasterio, non accepta benedictione, aut non dimissus ab Archimandrita, sit excommunicatus. Exstant inter Opera S. Basilii.

S. Theodorus Sicaorum Archimandrita mulierem abs se, expulsâ Dæmone, curatam, cum benedictione dimissit. Ab eodem Sancto Mauricus (qui postea Imp.) cum locis, accepta benedictione, lætus discessit. S. Cuthbertus fratres cum benedictione dimittit. Beda in Vita S. Cuthberti, cap. 26.

Inter cætera, quæ Agrestius seu Agrestinus Pseudomonachus S. Columbano ejusque discipulis objiciebat, hoc etiam unum erat, quòd in ingressu cujuslibet domicilii intra Cœnobium, tam ab introeunte, quam egrediente, benedictio postularetur. Ex qua calumniantis accusatione, bonus mos benedictionis frequenter petenda elucet.

Memorable est, quod Climachus memoriam prodidit de Menna Monacho quodam, cuius insignem patientiam pater Monasterii aliquando probare volens, reversum ad Monasterium, prostratumque Abbati, & benedictionem secundum consuetudinem suscipere orantem, à vespera usque ad collectæ horam, ita illum humi jacere prostratum permisit. Tunc vero jam illum benedicens, & veluti ostentationis gratia cuncta facientem, ac ut impatientissimum oburgans, crexit tandem. Sciebat enim Sanctus, quàm id fortiter ferret.

A ferret. Quo circa & istud ad eundem modum adificationem spectaculum edidit. Ex his habes & morem, de quo hic agimus, & eximium patientie documentum.

Berachus Monachus ad Æthiopicam Insulam navigare instituens, ad S. Columbam Abbatem Scoticum accessit, & ab eo benedicti postulavit: qui accepta à sancto benedictione fecisset, navimque ascendit. Idem factum ab alio discipulo Bajathenio, qui cum in cursu navigationis in grandissimum cetum incidisset, perterritus omnibus, ipse solus æquor & cetum, ambabus manibus elevatis, benedixit intrepidus, eodemque momento bellua magna se sub fluctibus immergens, nunquam deinceps eis apparuit. S. Fintanus accepta à B. Bajathenio benedictione, in Scotiam, hoc est, Hiberniam, navigavit, ut refert idem Adamann. lib. 1. de vita S. Columbe.

Magno stetit Vvalberto Comiti, absque benedictione Sancti Bertini Abb. discessisse. Accipe historiam ex vita S. Bertini, tom. 5. Svr. Vir ipse Vvalbert. crebriò ad Bertinum ventitabat, ut ex eo divina præcepta cognosceret, & post Corporis & Sanguinis Domini communionem, sacris ejus benedictione potiretur. Quodam autem die veniens ad Ecclesiam, in qua B. Andomarus quiescit, cum preces absolvisset, quadam necessaria urgente, ad Bertinum non accessit, sed incautus domum abiit. Id ubi animadvertit viri Dei Discipulus Dodo, ait ad eum: Equidem valde venerabilis Pater, admiror, quòd tuus in Christo fidelis amicus Vvalbert. ad B. Andomari Basilicam venit, & tamen te insalutato, absque benedictione tua recessit. B. Bertin. plenus prophético spiritu respondit: Fili crede mihi, priusquam ille domum redat, quòd nunc magna contentione festinat, multum dolens, se sine nostra benedictione revertisse. Et ecce eodem die, cum jam sol occubisset, nuncius velox à Vvalberto venit ad hominem Dei, ejusque vestigiis advolutus, tremula voce ait: Dns Vvalbert. singularis amicus tuus, cum ipsa jam fermè morte coluctans, obnixè rogat, ut pro se Deum deprecetur, quòd possit tam præsens discrimen evadere. Cum enim hoc audisset, quædam colubens in petrosam humum decidit, multique quassatus membris, & femore penitus confRACTO, se consessum putat morturum, nisi precibus tuis, quod fore sperat, divinitus liberetur. Agnoscat autem idcirco in hoc se conjectum discrimen, quòd callidi hostis machinatione, ob rem necessariam hinc, non multum benedictione tua, abierit; cuius etiam delicti veniam petit, oratque, ut potum, tuo ore & manibus benedictum & signatum, ad eum mittere ne graveris.

His auditis, venerabilis senex comitatus tam acerbo casu amici, præcipit Dodoni discipulo, ut vinum in factario repositum proferat, laboranti Vvalberto oculis mittendum. Ille vero respondit: Mensis totus, ut reor, Pater beatissime, jam intercessit, ex quo in eo vasculo vix parum vini relictum est. Ar vir B. ait ad eum: Abi, fili, ad vasculum illud: credo enim, Deum, qui nihil impossibile est, &c. nostro tam male affecto amico salutarem in potum prabiturum: Pater Dodo, & veniens in factarium, cernit vas plenum optimo vino, & ejus odore admirabiliter totam domum sentit repletam. Eo nuncio accepto, sanctus Christi confessor immentas agit gratias omnipotenti Deo, dicitque ad ministrum Vvalberti Comitis: Ex hoc vino pesser celeriter ad herum tuum. Ille nihil moratus, eadem nocte latissimus redit ad dñm suum narrat ei, quid gestum sit, vinumque illi bibendum offert. Posteaquam ille bibit è vino sacro, eadem hora sanatur, & mirificè laudans Deum auctorem salutis suæ, bonam possessionem suam partem Deo & B. Bertino largitur.

Clarus, civis Florentinus, ad S. Zenobium Episcopum ejusdem urbis, benedictionis gratia venit, & ut præterendum committeret, si quid S. Ambrosio Mediolanensi nunciare veller. Ille edixit, quæ nunciata cupiebat, manum extendens benedixit Claro, qui in pace Mediolanum abiit: qui ad Ambrosium admisus, ex more Christianiano, benedictione primum impetrata, magna deinde reverentia Præsuli, quæ à Zenobio accepta, enarrabat.

Monachi mortis benedictionem petendi in habitu & reditu juvenum simul & lepidum exemplum recenset Cesar. l. 10. c. 58. Apud Cisterciensium, ubi caput est ordinis nostri, plurimè nificat ciconia: quod quid à fratribus religiosus permittitur, quia per illas non solum monasterium, sed omnia in circuitu loca ab immundis verbis mundantur: hinc me appropinquatè redeunt, & tempore certo redeunt. Die quadam, cum acies suas ordinasset ad peregrinandum, L. B. T. beat. vitæ Human. Tom. 1.

ne hospitalitatis concessæ immemores esse viderentur, conventum, qui eadem hora in agro laborabat, petentes, eumque crebrius gratulandum circumvolantes, omnes in admirationem verterunt, ignorantes, quid peterent. Ad quos Prior, Pater, quòd licentiam petant recedendi, elevansque manum benedixit eis. Mox mirum in modum, cum multa alacritate simul volantes, monachus excurrentibus in viam, qui regularem benedictionem acciperet, five expectare parvipendunt, magnam verecundiam incusserunt.

Opusculum ad virginem devotam concludit S. Ambrosius hac benedictione: Benedicat te Pater, & Filius, & Spiritus sanctus benedictione, qua patres nostros benedicere dignatus est Abraham, Isaac & Jacob. Qua benedictione eidem Virgini valedicit.

Redeo ad vitam S. Columbe ab Adamanno lib. 1. veteris Scotiae civis conscripta; quæ plura benedictionis exempla nobis subministrat, ut jam sæpe vidimus, sæpius idem adhuc vituri: Ex quibus & hoc unum: cum S. Columba Erbanum Presbyterum, avunculum suum, ad Monasterium, quod in Himba Insula erat, ablegaret, eumque exofculatus benediceret, hoc de eo intulit vaticinium, dicens: Hunc meum nunc ingredierem amicum, non me spero iterum in hoc seculo visurum. Et ita evenit, ut Vir Dei vaticinium fuerat.

Idem S. Episc. quendam, qui esse effat occultaverat, agnita occultatione sic affatus est: Benedicat te Christus frater. Videtur hæc phrasî significare illud, quod simili in casu usurpamus: Parcat tibi Deus, Germani, Verberge dñs Sot: quo utimur non tantum tunc, quando quis deliquit, sed & tunc, cum quis vel non latere volentes patefecit; vel cum ipse contra voluntatem nostram incognitus esse volens, à nobis deprehenditur.

Idem S. Columba peregrinante fratre suum his verbis excepit: Benedicat te Deus, mi fili. Adam. lib. 1.

Idem de S. Columbano, postquam peregrinaverat: Vir S. Columbanus, cui emigranti benediximus, nunquam in hoc seculo faciem videbit meam. De S. Columbo Adam. alibi. Alio in tempore cum vir sanctus in Jona convectoretur Insula, quidam de suis Monachus Britto nobis abhis intentus, molestia correptus corporis, ad extrema perductus est; quem cum vir venerandus (Columba) in hora vii visitarat exiit, paulisper ad ejus lectum affidens, & ei benedicens, oculis domum egreditur, nolens videre morientem. Qui eodem momento post sancti de domo recessum viri, præteritum finivit vitam. Ubi vides, etiam ad aliam vitam jam iam migraturo benedictionem impensam esse. Ibid. lib. 2. c. 3.

Sanctus Franciscus aviculas & alia animalia, sæpe cum benedictione à se dimittere consueverat, teste S. Bonaventura in ejus vita c. 8. & 12.

Nec nostræ valedictiones aliud sunt, quàm benedictiones, Behut dich Sot: Custodiatur te Deus, Sefigne dich Sot, ad verbum; signete Deus, hoc est, benedictionem suam tibi impetravit: hoc enim Germanis est inter cætera, Segnen. Solent etiam Germani, quando transeunt, alioque laborantes intuentur (quidquid demum id laboris sit) faustam hanc appreciationem promere, Sot heff eueb, Doff eueb Sot, Deus vos adjuvet. Quæ formula nihil est aliud, quàm benedictio; & quidem vetustissima, utpote de qua B. David in Ps. 11. Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio Dñi super vos; benediximus vobis in nomine Dñi. Ubi propheta indicat, laborantibus hoc faustum carmen accini consuevisse, & illis, qui oderant Sion, non adcanantur esse, ed quòd facti sint sicut scœnum tectorum, quod priusquam evellatur, exarruit: de quo non implevit manum suam, qui metet, & simum suum, qui manipulos colliget.

Nostri, fratres, inquit S. Aug. in Ps. 182. quando transitur per operates, est cōsuetudo, ut dicatur illis: Benedicatio Dñi super vos. Et magis ista cōsuetudo erat in gente Judæorum: nemo transibat, & videbat aliquos facere aliquod opus in agro, vel in vinea, vel in messe, vel aliquid ejusmodi; & licebat transire sine benedictione. Sed illi, qui oderunt Sion, hoc est Ecclesiam Catholicam, seu malè vivendo, seu falsa dogmata disseminando; nequaquam lætum illud melos audiunt; Benedicatio Dñi super vos, &c. Quod nec B. Davidem illis præcatum esse testatur S. Aug. Supra illos iste transitens, non benedixit; & impletum est etiam per illum, quod ipse dixit: Et non dixerunt transientes viam, benediximus vobis in nomine Dñi: Et isti transientes, si ve Prophetæ, si ve Patriarchæ, si ve Apostoli, quicumque transierunt, si bene vivimus, fratres, benedixerunt nos in nomine Dñi. Quando me, inquit, benedixit Paulus: Quando me benedixit Petrus: Attende in scripturis. Vide, si bene

Avis, & vide ibi benedictum te fuisse. Omnes bene viventes benedixerunt. Et quomodo benedixerunt? In nomine Domini, non in nomine suo, sicut heretici, &c.

Nec salutationes, quibus obvios excipimus, aliud sunt, quam benedictiones; nam si dicas, Salve; quid aliud dicit, quam, salvas sis? Ut & si hoc vocabulo utaris; saluto te; tam hoc, quam illud a salute est. At salutem optare, quid est, nisi benedicere? Eodem pertinent formula optandi beati fortunatumque diem, & felicem vesperam, bonam noctem, bonum annum, &c. nihil enim aliud continent, & indicant, quam benedictionem, cujus praesertim ab innocentiis puerulis datae admodum cupidus fuit *Vilhelmus de Bressa*, de quo *Gyraldus in itinerario Cambriae*, sequentia memoriae prodidit. Quoties pueros in via obvios habet, eos illico salutatione praeveniens, ad reciprocam invitatur salutationem, ut sic innocenti benedictio vel extorta cum salutationis ergo refundatur.

VIRI SANCTI SUB EXTREMAM HORAM

BENEDITIONEM DARE SOLITI.

Et hoc ad imitationem Patriarcharum Isaac, Jacob, & B Moysis, adeoque ipsius Christi, qui in caelum ascendens, discipulis suis benedictionem impendit. Aliqua exempla enumerabimus. S. Plato confessor, morti vicinus, visitantibus se, tam Monachis, quam aliis, benedictionem impertit. *Tom. 6. Surii.*

De S. Isidoro Hispaniensi *Lucas Tudenensis in Chronico* Anno primo Regis Cinthiliani. Doctor & Legumlator Hispanorum Isidorus, stans in Ecclesia, peracto sermone ad populum, & expandens manus, benedicens omnibus, Deo haec tuis sibi traditum Regem commendans, felicissimo somno obdormivit in Domino.

Thomas Patriarcha Constantinopolitanus, cum omnibus praesentibus benedixisset, migravit ad Dominum, ut est in Historia de rebus gestis S. Theodori Sacerdotum Archimandrita. *Tom. 2. Surii.*

Cum Columba Abbas jam animam ageret, Diormicus (discipulus & minister ejus) sanctam sublevarat benedictionem Monachos sancti dexteram manum. Sed ipse venerabilis pater, in quantum poterat, simul sua movebat manum, ut videlicet, quod voce in egressu non valeret animae, vel motu manuum frater videretur benedicere: Et post sanctam benedictionem taliter significavit, contínuo spiritum exhalavit. *Adaman. in vita S. Columbae, tom. 5. Antiq. Ledi. D. Canisii.*

Idem S. Abbas, non diu antequam ex hac vita excederet, in occidentum Insulae Jonae partem sese devotendum curavit; ibi, ut erat in vehiculo sedens, ad orientem suam convertens faciem, Insulam cum insulanis benedixit habitatoribus. Ex qua die, inquit *Adaman*, viperarum venena trifolium linguarum usque in hodiernum diem nullo modo aut homini aut pecori nocere potuerunt. Post ejusdem benedictionis verba sanctus ad sum revocavit Monasterium: qui non longo post tempore, cum fido suo ministro perrexit ad proximum behedendum horreum: quod intrans Sanctus cum benedixisset, & duos in eo frugum sequestratos vidisset acervos, hoc intulit verbum cum gratiarum actione, inquit: Valde congratulor meis familiaribus Monachis, quia hoc etiam anno, si quidem a vobis emigrare me oportuerit, annonam sufficientem habens. Hujus viri sancti excessum ipse etiam equus, cujus ministerio Monasterium utebatur, innotuit instinctu praesentis; eaque propter ad virum Dei accurrens, ea qua poterat meritis indicia edidit; quem a se dimissum vir Dei benedixit: Et inde egrediens, & monticellum Monasterio supereminens ascendens, in vertice paululum stetit, & stans ambas elevans palmas, suum benedixit cenobium. *Idem.*

Sanctus quoque *Livius Hybernus*, Martyr & Episc. jam iam ab immanibus latronibus trucidandus, osculatus est discipulos suos, & dixit: Deus omnipotens custodiat vos carissimi in vitam aeternam; ut scribit *S. Bonif. Art. Mog. in vita S. Livii.*

B. Robert. Coelestin. in articulo mortis positus, omnibus fratribus praesentibus & absentibus benedixit, signans eisdem signo sanctae Crucis, & dicens: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus: ut est in ejus vita cum studio *Joannis a Bosco*, in *Bibliotheca Floriacensi*.

Praeclarissima est benedictio, quam mortui jam vicinus S. Laurent. Just. nian. Patriarcha Venetus, suis dedit. Sublato paulisper brachio quod denudatum tenebat, inquit Bernard. Justinian. in Historia vitae, caligantibus oculis, ut Isaac filium antiquum videre te diceret, astantibus crucis signo, Be-

nedicat, ait, vobis Dns Iesus, frater & viscera mea, & benedicat filiis meis, qui abintus, quos in Dno parturii. Det vobis cor, ut colatis eum, aperiat animum in lege sua, neque vos deserat in tempore malo. Benedicat Principi nostro & universo Senatui, &c. Benedicat denique populo meo, cujus amorem, pacem, concordiam Dominus in dies magis atque magis conservare & augere dignetur. *Sur. Tom. 1.*

S. Godofrid. Episc. Ambianensis, adveniente hora, qua migraturus erat, Eucharistiam de manu Lydardi Episc. Svevionensis accepit, fratribusque benedicens, atque adeo valedicens, orat, ut in domo Capitulari corpus ipsius sepeliatur, ut in ejus vita memorat *Nicol. Monach. lib. 4. c. 25. tom. 6. Sur.*

De S. Francisco jam viam univerſae carnis ingressuro D. Bonaventura, Circi sedentibus omnibus fratribus, extendit super eos manus, in modum Crucis brachiis cancellatis, pro eo quod hoc signum semper amabat, & omnibus fratribus tam praesentibus, quam absentibus in Crucifixi virtute ac nomine benedixit. Insuper & adjecit, Valetis filii omnes in timore Domini, & permanete in eo semper, *c. 14. vita S. Francisci.*

S. Stephanus Episc. Diensis sub extrema vita horam benedictionem & consilium petentibus non negabat; & de mutua charitate ac concordia omnes admonerat. Porro quaedam aegrotat mulier, quae nulla medicorum arte poterat curari, ut audiret virum Dei decumbere, pro recuperanda salute, ejus benedictionem summo opere expetiit: tandem ad illum intromissa benedicitur, & sana recedit. *Tom. 5. Surii.*

S. Malachias Episc. Hyberniae, supra hora instantem, manus imposuit singulis, & benedixit omnibus, ut scripsit in ejus vita S. Bernardus, qui vehementer etiam in ipso historiae vestibulo sibi gratulatur, quod ab eodem sancto sub extrema vita tempore benedictionem impetrasset. In extremis positus erat, inquit, D. Bernardus, imò in principiis, juxta illud: Cum consummatus fuerit homo, tunc incipit accuri ego, ut benedictio mortui super me veniat. At ille, cum jam membra alia movere non posset, fortis ad dandam benedictionem, elevatis sanctis manibus super caput meum, benedixit mihi, & benedictionem, hereditate possideo, &c. Hugo Lincolnienſis Episc. hinc vitae excessus, dextrae capitis singulorum dicitur imponens, Deo & verbo gratia: ejus eos omnes commendavit, id est benedixit. *Tom. 6. Surii.*

Clotharius Rex Francorum visitavit ultima infirmitate laborantem S. Medardum Episc. Noviomensensem, ejus se non diffidens contra Diabolicas infestationes benedictione muniri, & intercessione apud divinam majestatem reconciliari, ut inquit *Fortunatus in ejus vita Tom. 3. Surii.*

Testamentum S. Ephraemi, quod paulò ante mortem condidit, plenum est benedictionibus: Inerat caetera discipulos & filios suos ita alloquitur: Hinc agite discipuli mei: quod reliquum est, scitis benedicti in fortitudine boni pastoris, sanctique Magistri Jesu Christi Domini nostri, qui est Deus ex Deo. Et quamvis non sim ego sicut Noe, vos tamen benedicti scitis, ut Sem & Japhet: Et licet non sim, ut Melchisedech, vos tamen efficiamini, ut Abraham: Etsi non sim ego tanquam Isaac, vos tamen accedentes scitis benedicti, ut Jacob: Et tamen non sum, ut Moyses, vos scitis, ut Jesus filius Nave, &c. *Extr. Tom. 3. oper. S. Ephraemi.* Postea ad imitationem beati Moysis singulis suis impertit benedictiones. Incipiam & apud vos, me discipuli, vobis bene precari. Amba vir admirabilis, Christus magnificenter monumentum tuum super terram, &c. Et tu Abraham, quia veniens adhaesisti mihi, exaudi te Deus Abraham in orationibus tuis, &c. Simeon tibi dico, exaudi te Deus, &c. & in supernam civitatem ingrediaris, &c. Mara vir Galileus, manuctus & simplex, in meis adjuvisti me perturbationibus: ipse igitur Deus mercedem tuam inter pios tibi reddat, quam cum sanctis omnibus accipies. Zenobius vir Hidarazens, &c. fiat sermo tuus instar ignis, & iniquorum consumat multitudinem &c. Benedictus, qui Catholicam ipsius elegit Ecclesiam, veluti sanctam Agnam, quam lupus corruptus non contrivit.

Idem S. Ephraem jam hinc discessurus, clarissime cuidam feminae benedictionem dedit. O sista, ajebat, primum deficiam ac moriar, benedicam tibi secundum propositum ac desiderium tuum. Non deficiat eis femine tuo sanctorum doctrina usque in aeterna. Cum venerit Christus ac mutantem caelum & terram, ipse memoriam tuam in libro viri inscribet in regno caelorum: Et pax Dei, quae Sanctos ictus coronat immaculatis, in vocatione praemium tibi largiatur secundum sortituum, &c.

Nec animam ageres alius solimodò benedictione dederunt, sed

A sed & ab aliis sibi dari petierunt: nam Ludovicus Pius Imp. & Rex Francorum, jam cum morte lectam ingressurus, benedictionem a Sacerdotibus sibi impertiri postularit, ut scribitur in ejus vita.

Virgo quaedam moribunda, viso S. Paulo Apostolo, qui apparuerat, surgens in genua, submissio capite, ab eo, quem videbat, benedictionem petit, dicens: Benedicite; ut est in rebus gestis S. Odonis Abbatis Cluniacensis.

Benedictio mensae seu ciborum.

Referto ad hanc privatas benedictiones, quia sit privatis in aedibus, extra templa; à quibus convivia longè abesse debent. Neque ad secundum, sed ad primum hoc benedictionis genus benedictionem mensae pertinere arbitror; neque enim per hanc benedictionem consecratur & dedicatur cibus & potus, ita ut cibus & potus, benedictus absolute nominetur; sicut absolute panem benedictum, carnem benedictam, vinum benedictum appellamus, panem carnem & vinum, quae in festo Paschae, & S. Joan. Evangel. solenni verborum formula consecratur: quibus proinde etiam religioſum quendam honorem deferimus; nec patimur, ut talis panis aut caro, vel ipsa quoque ossa carnis obiciantur brutis animantibus devoranda: cum tamen tali reverentia non prosequamur panem, & alia esculeta ac poculenta, super quae benedictio mensae pronuntiata est, qua tantum à Deo petimus, ut & nos, & alia benedicat, hoc est, salutaris nobis efficiat: Benedic Dñe nos, & haec tua dona, quae de tua largitate sumus sumpturi. Quocirca si quid de cibo vel potu superet, sine scrupulo, & absque ullo irreverentiae metu, tanquam communis cibus & potus tractatur, & bestis quoque, si necesse sit, praebetur.

CANES PANE BENEDICTO ABSTINENT.

Memorable est, quod de S. Corbiniano in ejus vita proditum legitur. Quidam die vir Dei cum praefato principe (Gimoldo) recumbens ad prandium, apposita mensa, salutifero Crucis signo cum laude, superpositam signavit almooiam. Praedictus vero Princeps ex mensa dilectio sibi cani panem per incertum projecit. Quod ubi vir Dei conspexit, dextro pedi tripodis calce impexit, & mensam evertit, ita ut argentea vasa per pavimentum huc illuc spargerentur; & ex scamo proflivens, ajebat, cum Cantata benedictione indignum, quam cani non veritus esset proficere: domumque illius egressus, dixit se ab ejus cura omnino se abstinere, & nequaquam cum eo ulterius panem communem sumere vellet. Verum hoc referatur inter ea exempla Sanctorum, quae potius, si tamen admiranda sunt, quam imitanda. Videmus enim hoc à pectique & sine scrupulo fieri. Nec est, cur aliquem propter hoc violatae religionis condemnemus.

Addam & hoc, quod B. Odo Abbas Cluniacens. de quadam Episc. referre solebat: cibos ab illo benedictos nullum canem autem fuisse comedere: si quis verò casti id fecisset, cum subito mortuum fuisset, perinde ac si pro cibo sumpsisset toxicum.

FORMULAE.

Caeterum benedictio mensae dupliciter inchoatur, ut ait *Durand. l. 4. Ration. c. ult.* cujus verbis in hac re explicanda utat. Primb, quia Major incipiens dicit: Benedicite: Et caeteri respondent; Dñs: quia sicut debemus Dñm per gratiarum actiones benedicere, ad quod Major dicendo; Benedicite, hortatur; sic & indignos benedicti à Dño suae gratiae infusione; quam illi optantes postulant, respondent: Dñs; supple, nos benedicat vobis gratia infusione. Secundo modo, Major incipiente: Benedicite, caeteri similiter respondent; Benedicite, ad ostendendum, quod ad Dei benedictionem debemus mutuo nos hortari. Potest etiam dici, quod in prior modo reverentia Dei consideratur: quia nos non sumus digni benedicere: in secundo autem reverentia superioris: cum enim responderet: Benedicite, supple, dñs est: Vos Pater: quia Minor, majore praesente, benedicere non debet: Deinde Majore versum inchoante, caeteri coadjuvant ad dicendum, ut significetur, quod inferiores, coadjutores sunt Praepositorum in oneribus supportandis. *Hec Durandus.*

FUNCTIO.

Obtinuit antior iste mos in Ecclesia, ut majore & digniore praesente, minor & inferioris gradus ac conditionis, mensae non benedicat, nisi à majore justus, vel permissus: Quapropter, praesente Sacerdote, non benedicit Diaconus; nec hoc praesente, Subdiaconus; neque hoc praesente, Laicus; cui tamen fas mensae benedicere, si nullus Clericus adsit, *L. B. Theat. vit. a Human. Tom. 1.*

licet viderim Diaconum in domesticis conviviis benedictiones presbyteris dare. Dicant qui hoc faciunt, senon rectè facere, inquit *S. Hier. Epist. ad Eu.*

Nec scio, quā laudabilis sit illa consuetudo, cū munus benedicens mensae, etiam apud Praetatos Ecclesiasticos, pueris, ne prima quidem tonsura insignitis, demandatur. Fiat hoc, & commendatione etiam dignum fuerit, in laicorum familiaris, ut teneta aetas ad precandum à teneris affueſcat; ad apud Clericos decentius est, ut benedictionem istam Clericus cibo, potuique aequè ipsi etiam praesentis vel coenaturus impertiat.

Solent Germani, si forte cibum sumentibus superveniant, dicere: *Sott zefegne es euch*, Deus benedicat vobis: Respondent epulis accubentes: Deo gratias. Qui mos laude dignus est, & retinendus. Alii Latine acclamant: Benedicite, vel Dñs benedicat convivio: quod videtur esse justio, ut Dñm Deum benedicant, qui illis necessaria alimenta subministrat.

U S U S.

Observa & illud, Catholicos abstinuisse à cibus, quibus Heretic. aliquis benedixisset. Docet hoc memoria ista apud Greg. Turonensem historia; ex qua etiam intelliges, ad finem nova ferucla benedictionem fuisse repositam; & non unam, ad omnes missas, more nunc recepto, protentam. Mulier quaedam erat Catholica, habens virum haereticum: ad quem cum venisset presbyter nostrae religionis valde catholicus, ait mulier ad virum; Peto charitatem tuam, ut pro adventu hujus Sacerdotis, qui me visitare dignatus est, laetitia habeatur in domo nostra, ac preparatum dignis impenditis prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro ejus, sic se, ut illa flagitabat, facturum, adventi & alius haereticorum presbyter, dixitque vir mulieri: Duplicata est laetitia hodie, eod quod sint sacerdotes utriusque religionis in domo nostra. *Greg. Tur. l. 1. de gloria Martyrum seu de miraculis c. 80. Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 4. c. 8. Gretzeri.*

Dicumbentibus autem ad convivium, vir ille cum Presbytero dextrae partis cornu occupat, Catholicum ad sinistram statens, postaque ad laevam ejus sellula, in qua conijus ejus resideret: Dixitque vir ad presbyterum haereticum: si consenseris dictionibus meis, exercebis hodie cachinum de hoc Romanorum presbytero, ut scilicet apposito ferculo, tu celeris signare festines, cumque ille manum non ponerit, illo tristante, nos cum laetitia comedemus cibum. Cui G ille, Faciam, inquit, quod praecipis: tumque veniente discipulo oleribus, signavit haereticus, postquam primus manum suam. Quod cernens mulier, ait, Ne feceris quia ingratis fero injuriam sacerdotis: Et exhibito alio cibo iam psumpfit (comedit) catholicus. In secundo vero & tertio ferculo, similiter fecit haereticus. Quarto autem exhibitio, festinans haereticus, primum ferculum illud vel mensam tangeret, elevata manu signat, statimque positum cochleare quit, non intelligens, an caleret, ferventem; cibum velociter inglutivit: protinus accenso pectore astutare cepit, & cum suspitio immenso nequū spiritum exhalavit: ablatumque de convivio, locatus in tumulo, terrens molis congerie est operatus. Tunc exultans presbyter nostrae religionis ait: Verè ultus est Deus servos suos, & conversus ad virum ait: Perit hujus memoria cum sonitu & Dñs in aeternum permanet. Tunc homo ille perterritus, provolutus ad pedes presbyteri, convertit; ad fidē Catholicam credidit cū domo sua. *Hec Turonensis*, ex cuius verbis planū fieri videtur, benedictione mensae interdū solo Crucis signaculo peractam esse, neque enim precationis, quam Presbyter haereticus adhibuerit, meminisse: quavis probabile judicem, H eum precationem aliquam cum S. Cruce junxisse.

Hubertus Episc. Leodiensis ingressus conviviū domum, oratione super mensam sua, epulas benedixit, enologiaque omnibus dedit. Etiam extra prandium & cenam, si quid potus sumeretur, non fumebatur, nisi praemissa benedictione. *Aegydius Monachus Aureae Vallis, de Hentico Leodiensi Episcopo*, qui per culosibus suis vinum obrulit: Adferri vinum jubet, & data benedictione bibit ipse primus, & donat illis. Et biberunt post benedictum & benedictentem homines maledicti, *lib. de Episc. Leodiens. c. 83.*

Benedictionem mensae non repudiant nostri sectarii, ut in eorum catechismis videte licet, praesertim in minore catechismo Lutheri, sedulo tamen caventi, ne crucis signum adjungant, potissimum Calvinistae, rati, hujus efformatione cibum potumque non expiari, sed impari. In quo quantum ab antiquorum pietate divertant, cognosces ex libro 4. de *sancta Cruce Gretzeri*, c. 18.

Mensae adhibent viri Ecclesiastici, potissimum Religioſi lectorem, qui ex praescripto Regulæ S. Benedicti prius benedictione